

Petrus de Vinea

*Ep. V 83 (Ecce quod
magistrum G. de Odra...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 83 (Ecce quod
magistrum G. de Odra...)*

1249-1250?

Cuidam nobili, de eodem.

1. Ecce quod magistrum G. de Ocra, capellanum, notarium et fidelem nostrum, pro quibusdam seruitiis nostris, quae licet principaliter nos tangant, tangunt tamen per consequens te et alios nobiles, uniuersos et singulos orbis terrae, prouidimus destinandum, deuotionem tuam mandantes attentius et hortantes, quatenus, quicquid idem magister G. tibi pro parte nostra super eisdem negotiis nostris dixerit uiua uoce, tamquam ab ore nostro prolatum tua indubitanter credat deuotio, et adimpleat cum effectum, ut deuotionem tuam propterea, prout excellentiam nostram decet, sinceris gratiarum actionibus et condignis beneficiorum retributionibus consequamur.